

1525. id est 25. Ibris. Ex Arig: Arch: regni.
Janusius Dux Masovia Ducentas sexa-
genas inscribit.

110
Janusius Dei gratia Dux Masovia,
Rusia etc. Significamus tenore presen-
tium, quibus expedit generaliter universis,
Quia tenemur venerabili Joanni Weyslaw-
ski, canonico Ecclesie Warsthoricensi, et no-
stro terrestri notario Lomzensi, Ducentas
sexagenas grossorum in medijs grossis, veri
et justis Debitis suis, quas apud eum pro no-
stra necessitate mutuo recepimus, et in ef-
fectu levavimus. Quasquidem Ducentas
sexagenas ascribimus sibi et adiungimus,
ac summam priorum, quam sibi inscripsi-
mus et reformavimus in bonis nostris Di-
stralanka et Lanthoryno, secundum teno-
rem Dictarum inscriptionum et literarum
nostrarum. In quibus summis pecunia-
rum tam prioribus literis nostris, quam
etiam presentibus sibi inscriptis, Dicta
bona nostra tenebit et possidebit, cum
toto jure nostro, et utilitatibus uni-
versis, et conditionibus omnibus laicis
in prioribus literis Descriptis, et insu-
per verbo nostro Ducali pollicemur, nulli
alteri dare consensum nostrum ad
exemendum eum de prefata tenuta.
In cuius rei testimonium sigillum no-
strum mediocre presentibus est appen-
sum

152
Unum. Datum Varschovia, Die Sancta
Catharinae virginis. Anno Domini millesi-
mo quingentesimo vigesimo quinto. 2

Albertus Popyelokij Vicecan-
cellarius subscripsit.

Ta kopia przepisana z oryginału par-
gaminowego anulowanego, dnia dwa-
dziestego czwartego miesiąca Marca
Roku Pańskiego 1785go, u którego do-
wisi na Ławiajeł pargaminowej pie-
częci.